



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

3. de conditione naturæ assumptæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

pta, sed in concepcionē assumpta, & in assumptione concepta. Vnde August.lib.de fid.ad Petrum, Firmissimē tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi sine diuinitate conceptam in vtero Virginis prius quam fusciperetur à verbo: sed ipsum verbum Deum suæ carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem Verbi incarnatione conceptam. Idē ait lib.1.de Trini.& Greg. in Moral. Angelo nunciante, & Spiritu adueniente, mox Verbum in vtero, mox intra uterum Verbum caro.

R. 180. b. p. 25.

l. 1.

DE CONDITIONE NATURÆ ASSUMPTÆ.

DISTINCT. Tertiæ
CAP. Primum.

*Verbum assumpit naturam ab omni
peccato immunem.*

SAnè dici potest & credi oportet, iuxta Sanctorum attestations, conuenientiam ipsam prius peccato fuisse obnoxiam, sicut reliqua Virginis caro, sed Spiritus sancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis vniretur Verbo, pœna tatum non necessitate, sed voluntate affumentis remanente. Ita enim *An-* *fol. 149. a. l. 19*
Luc. I. gelus ad Virginem, *Quod nascetur ex te san-* *25 R. 142. a. l. 8.*
ctum, vocabitur filius Dei. *fol. 109. a. l. 11*
25 R. 150. b. p. 26.
25 R. 109. a. l. 1.

E P I T O M E

C A P . Secundum . Mater Christi fuit
præuenta ab omni peccato .

A Vgust . de Nat . & grat . ait : Excepta san ^{cap . 36}
cta Virgine Maria , de qua propter ho-
norem Domini nullam prorsus , cùm
de peccatis agitur , haberi volo quæstionem .
Inde enim scimus , quod ei plus sit gratiæ
collatum ad vincendum omni ex parte pec-
catū , quod cōcipere & parere meruit , quem
constat nullum habuisse peccatum . Hac er-
go Virgine excepta , si omnes sancti & san-
ctæ aggregari possent , & quæreretur ab eis
an peccatum haberent , quid responderetur ,
nisi quod Iohan . ait , Si dixerimus quia pec-
catum non habemus , nos ipsos seducimus .
Illa autem Virgo singulari gratia præuenta
est atque repleta , vt ipsum haberet ventris
sui fructum , quem ex initio habuit vniuersi-
tas Dominum : vt illud quod nascebatur ex
propagine primi hominis , tantummodo ge-
neris , non criminis , originem duceret .

f. 177 b. l. 3.
186 b.

C A P . Tertium . Christus non fuit
decimatus in Abraham ,
sicut Leui .

A Vgust . su . gen . Sicut , inquit , in Adam pec ^{lib . 10}
cante qui in lumbis eius erant peccaue- ^{cap . 21}
runt : sic Abraham dante decimas , qui
in lumbis eius erant decimati sunt . Sed hoc

non sequitur in Christo, licet in lumbis Adæ Christus & Abrahæ fuerit, quia non sec. concupiscen- erat in lü- tiam carnis inde descendit. Cùm ergo Leui bis Abra- & Christus sec. carnem essent in lumbis A- hæ sec. cor- brahæ quando decimatus est, ideo pariter pulentam decimati non sunt: quia sec. aliquem modum substan- non erat ibi Christus, quo Leui. Secundum *tiam, non rationem* quippe illam *seminalē* ibi fuit autem sec. f. 116. a Leui, qua ratione per concubitum venturus rationem f. 117. erat in matrem. Secundum quam rationem *seminalē*, non erat ibi Christi caro: quamvis sec. ipsam ut Leui. ibi fuerit Mariæ caro. Quocirca primitias f. 158. a nostræ massæ rectè Christus assumpsisse di- citur: quia non carnem peccati, sed similitu- dinem carnis peccati accepit. Misit enim Deus filium suum (ut ait Apost.) in simili- tudinem carnis peccati. Assumpsit enim Verbum carnei peccatri similem in pœ- f. 158. a l. 23. na, & non in culpa. & ideo non peccatricem. Cætera verò hominum omnis caro pecca- ti est. Sola illius non est peccati caro: quia non cum mater concupiscentia, sed gratia cœcepit. Habet tamen similitudinem carnis peccati per passibilitatem & mortalitatem, quia esuriit, sitiit, &c.

DE A G E N T E Q V O F O R-
mata est natura assumpta.

D I S T I N C T. Quartæ
C A P. Primum.

Y